



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

De septima Rupe. Capvt XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

duras dabunt pœnas, sed non perinde vt inferiores, habebuntque longè excellentiorem beatitudinem.

H. Quî fit, quod tam præclari homines nõ progrediuntur? D. Ea vtique ex causa, quod occultas naturæ suæ quæstiones & vitiosa desideria necdum ad viuum refecârunt: quorum tamen & cognitio & extirpatio cumprimis esset necessaria.

De septima Rupe.

CAPVT XXIX.

DEVS: At nunc porrò sursum adspice. Respicens homo, septimam rupem immani altitudine vltra sextam eminere vidit, rarosque ex sexta eò pertingere: qui verò perigissent, paucis exceptis, cunctos subitò deorsum relabi. H. Quid ista significant? aut quinam sunt isti? D. Iam tute videbis. Eodem temporis punctu in septimam est trãslatu rupem, cæteris quidem amœniorem & amplio- rem: sed eius incolæ pauciores, quam vllius inferioris: ac nihilominus alijs omnibus anteditis longe amabiliores, pulchriores ac illustriores erant. H. Obsecro, Domine, qualesnam sunt isti? D. Deo se penitus resignarunt ac dederunt, idque firmo sic vsque ad mortẽ perseuerandi proposito, omnemque conatum eò adhibent, vt quoad possint, naturam rationi subdant: cupiuntque omnibus, quæ à DEO vel foris, vel intus exiguntur, satisfacere, siue ea sint externa opera, siue intrò se recipere, & illius

illius denique gratissimam obseruant voluntatem. Quod autem tam insolita visuntur loca conspicui & splendidi, inde fit, quod gratia huiusmodi splendorem singulari quodam modo Deo eis impertijt, vnde præ cæteris inferioribus vsque adeo relucet.

H. Suntne ipsi igitur, qui suam apprehenderunt originem? D. Minimè adhuc longa est restat via. H. Qui fit, quod tam pauci in sua commorantur origine? D. Tuis adhuc oculis id ipse perspicies. H. Quonam amabiles homines isti inde detinentur impedimento? D. Spiritus tartareus immani quodam vncio eos coniecto id efficit, ne longius procedant. H. Quid sibi vult, quod istos vncio retinet, alij hamum iniecit? D. Veretur admodum improbus ille, ne isti in suam abeant originem. H. Ecquis vncus ille est, quo eos remoratur? D. Magnam homines isti, & haud vulgarem Deo percepere gratiam & ea ipsa nonnunquam pro suæ naturæ delectatione vtuntur multis modis, quod tamen non funditus obseruant, neque agnoscunt, vt & meritò possent & deberent. Atqui teter spiritus, qui id hortatur, pro sua calliditate facilè id aduertit. Cumque optata Dei consolatione se sentiunt destitutos, Dominici corporis Sacramentum accipiunt, eò quòd diuinam experiri consolationem appetant. Sed id perfectioni proximum non est. Adhuc alios còspicies, qui his omnibus emortui sint. Porro huius rupis incolæ ista & alijs consimilibus delectationibus ac consolationibus nimis occultè in sua vtuntur natura. Quod licet exiguum tibi videatur impedimentum, tamen

tamen eius causa non exiguas luent Purgatorij
penas, quamquam longe minores, quam qui
infra ipsos degunt, quos etiam præmij magni-
tudine superabunt.

De octaua Rupe.

CAPVT XXX.

DEVS: Agè nunc suspice. Adspexit homo
Octauam rupem, cæteris omnibus hor-
renda excelitate altiorem, viditq; pau-
cus ad eam tendere, atque eos ipsos, postquam
ad eam pertigissent, maxima ex parte inde cõ-
festim recedere, ita vt rari illic permanerent.
H. Quod genus homines sunt isti, quibus ve-
nuntur exercitijs? D. Ipse id tuis lustrabis ocu-
lis. Nec mora, in ipsam octauam euestigio ru-
pem perductus est, cuius incolas iucundiores,
splendidiores ac elegantiores, quam quoscun-
que ante perspexerat, intuitus est. Vnde mirissi-
mè exhilaratus, ait ad Dominum. H. Cuiusmo-
di sunt isti?

D. Homines sunt Deo perquam chari, & in-
feriores omnes excefferunt. Deoque se penitus
permiserunt ac obtulerunt, quicquid eis facere
velit in tempore & æternitate. H. O vtinam
Domine DEVS tales in multos nostra habe-
rent tempora.

D. Et quinam multi esse queant, cum tu ipse
ternas, quam exiguus eorum numerus sit, v
qui ob amorem & honorem Dei, rebus hisce
temporarijs, caducis, ac naturalibus prorsus
renunciare, ac pure & sincere eas repudiare &
abne-

*Amici Dei sunt
v que adeo ra-
ui auenit.*